

5 *premum unum esse. Eum quinque nominibus appellarunt: τὸ ἕν, τὸ ἀγαθόν, ἀρχήν, θεόν, πατέρα Unum, Bonum, Principium, Deum, Patrem. Hunc supra omne ens, supra omnem essentiam collocant, ab eo genitum esse primum ens, primam vitam, pri-*
 10 *5 mam mentem, haec tria unita: λόγον, νοῦν, ἀρχετύπον, νοητὸν κόσμον Verbum, mentem, archetypum, intelligibilem mundum nuncupant, in hoc sitas essentialiter esse omnium entium formas quas ideas vocant: ab hoc pendere animam universi, ab hac rur-*
 15 *10 sus naturam universalem, ab hac universum mundum formari, in materia una subsistentem, cuius partes cum duae sint: coelestis atque elementaris, eam universae animae partem, qua coelum regitur animam vocant, qua elementa naturam.*

15 *Ideas, id est formas immateriales, in archetypo Assyrii asseruerunt, ab illa archetypa mente tradi animae, ab anima tradi*
 20 *15 naturae, a natura postremo tradi materiae, in qua formarum varietas appareat in mente illa, ἰνγες, ideae, formae intelligibiles appellantur patris ἔννοιαι conceptiones, in anima λόγοι rationes, in natura semina, in materia formae. Naturae instrumenta, quibus materia disponatur ad eas recipiendas, sunt calor, frigus, hu-*
 25 *20 miditas ac siccitas. Animae vero instrumenta ad naturae instrumenta commovenda atque excitanda sunt coeli motus, lumen, tepor, influxus, haec illorum dogmata. Eadem si quis recta agat, ex Aristotelis philosophia prope omnia eruet. Id nos, quia maxime ad rem nostram facere videntur, attentemus.*

25 **Natura quid dicitur [in margine]**

Homo generatur ex mulieris coitu cum viro, id est Aristoteles attestatus et eodem 7. capite et alibi multoties: ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ^{ix} *Homo enim hominem gignit, est enim verum, quod ibidem ait:*²⁸ *Quod enim generatur, habet naturam, veluti*

²⁸ τὸ γὰρ γινόμενον ἔχει φύσιν, οἷον φυτὸν ἢ ζῷον καὶ ὑφ' οὗ ἢ κατὰ τὸ εἶδος λεγομένη φύσις ἢ ὁμοειδής. [ARIST. Metaph.1032a.23 – 24]

^{ix} Usp. npr. ARIST. Metaph. 1070a.8.